



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. IV. An innovatio privilegiorum habeat vim confirmationis, ita ut novum
jus tribuat?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

contra suos regulares superiores exemptionem aliquam, & quoddam ab his amoveri non possint: si tamen religiosum se esse expressit, & Papa hoc in suo rescripto asserat, quoddam Religioso huic ex certa scientia administrationem talem ad dies vite confirmet, valida & utilis est confirmatio (sive motu proprio concessa fuerit, sive ad instantiam Religiosi fuerit impetrata) ita ut amoveri ab hac administratione ab inferiore suo Prælato non possit (nisi à Papa specialem licentiam aut mandatum habeat, vel nisi crimen commiserit hic confirmatus, quoddam de jure communi depositionem meretur) cum per talem confirmationem specialem quoad hanc administrationem regularis talis subiciatur Summo Pontifici, quamvis quoad alia suo Prælato subjectus maneat.

Neque valet etiam aut utilis est confirmatio in forma communi concessa, qua confirmantur Laudum contra formam Juris vel compromissi per arbitros factum, & communi consensu utriusque partis receptum, *c. Examinata 7. h. t.* neque enim tale Laudum contra formam Juris aut compromissi latum validum est, aut à partibus valorem accipere potest (nisi ut in vim pacti valeat) ergo si in forma communi à Papa tantum confirmatum sit, nulla & inutilis erit talis confirmatio.

Denique nunquam utilis est confirmatio in forma communi facta, si juri alterius præjudicet. *c. sua nobis, 9. h. t.*

quamvis enim Papa per plenitudinem potestatis jus uni quaesitum in materia beneficii præsertim & Ecclesiarum conferre possit & alteri dare per confirmationem, tamen in forma communi concessum hoc non facit, prout patet ex regulæ Cancellariæ docent.

§. IV.

An innovatio privilegiorum habeat vim Confirmationis, sua utrumque jus tribuat?

Possunt quidem privilegia, sicut etiam instrumenta, ne præscripta tustatem omnino pereant & corruptur renovari, hæc tamen innovatio ordinariè (nisi fiat ex certa scientia & in forma speciali) nullum novum jus tribuit, sed antiquum, si quod corruptum conservat, & consequenter innovatio majus robur non habet, quam confirmatio in forma communi concessa. *parte 13. de privileg. c. Cum dilectis* Cum talis innovatio tantum fiat ut conservetur privilegium, cuius esset consumpto instrumentum in tuto perditio. Potest tamen etiam, cuius interest privilegium non innovari, contradicendo impedire illius renovationem, ne novis libris detur occasio.